

## CODEX 103. olim signatus 5/39.

*Foliorum 200, 195 : 113 mm., partim columnis binis (fol. 1—72; 172—200.), partim lincis plenis (fol. 73—171.) exaratus saeculo XII. diligentissime scriptus et rubricatus. paucis maioribus litteris initialibus decoratus, quarum unam (fol. 73') manus furaces exciderunt. Folia 197—200. saec. XIII. sunt exarata et initia colore viridi tincta. Inter folia 175. et 176. non pauca desunt.*

*Breviarium monasticum sine psalterio.*

*Lectiones de tempore (fol. 1—56'), de Sanctis (fol. 57—70'); Litaniae OO. Sanctorum (fol. 71. et 72.); Responsoria et antiphonae cum neumis (fol. 73—171'); Cantica biblica (fol. 172. et 173.); Hymni de tempore (fol. 174. et 175.); Calendarium Sanctorum (fol. 176'—178.); Capitula et orationes (fol. 179—197.); item orationes, capitula et benedictiones e. g. cerei, in capite ieiunii cinerum, agni in die paschae. herbarum in assumptione b. Mariae virginis (fol. 197'—200.)*

## CODEX 104. olim signatus 5/34.

*Foliorum 60, 210 : 148 mm., partim lincis plenis (fol. 1. et 2. 53—60.), partim columnis binis (fol. 3—52.) exaratus saeculis XI. XIII. et XIV. Scripturam saeculi XIII. ornant litterae initiales rubro caeruleoque colore variae, circa finem codicis minio tantum ductae.*

*1° Saec. XI. Fragmentum bibliae sacrae. Fol. 1. et 2.*

*Luc. 24. 13. mirans quod factum fuerat — Explicit evangelium secundum Lucam. Incipit argumentum in Johannem. Hic est Johannes evangelista dei — Explicit argumentum. P. L. 92. 633.*

*2° Saec. XIII. Fragmenta breviarum. Fol. 3—52. et 55—60.*

*In calendario promulgatur festum Sci Patris nostri Dominici. Rubricae sunt germanicae.*

*3° Saec. XIV. Variae benedictiones inter quas formula imprecatoria germanica contra cholericam. Fol. 52'. et 53.*

*Ich beschwer dich bernmüter — in gottes namen. amen. Bartsch. Germania VI (XVIII), 52.*